



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Forma Vernacvla Lingva Copvlandi Rite Desponsatos, Et
Legitime Proclamatos, Secvndvm Catholicæ & verè
Apostolicæ Ecclesiæ ritum**

Leisentritt, Johann

Coloniae, 1590

VD16 L 1074 (Beigef. Werk)

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39240

A D LECTOREM.

Paul. I. Corinth. cap. 7.

Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem vnusquisq. suam vxorem habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in id ipsum, ne tentet vos satanas propter incōtinentiam vestram.

Ibidem.

Quōd si non se continent, nubant. Melius est enim nubere quā vni, His autem qui matrimonio iuncti sunt precipio, non ego, sed Dominus: vxorem à viro non discedere, Quōd si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

Item eod. cap.

Alligatus es vxori, noli querere solutionem. Solutus es ab vxore: noli quaerere vxorem. Si autem acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit.

Tob. cap. 6.

Angelus Raphael dixit Tobie. Audi me & ostendā tibi quae sunt quibus prevalere potest demonium. Hī namq. qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à sua mente excludant, & suae libidini ita vacent: sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus: habet potestatem demonium super eos. Tu autem quum acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea.

Prouerb. cap. 19.

Domus & diuitiae dantur à parentibus, à Domino autem proprie vxor prudens.

Eccles. cap. 7.

Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini, gratia enim verecundiae illius super aurum.

Item

AD LECTOREM.

Item eod. cap.

Trade filiam: & grande opu feceris: & homini sensato da illam.

Item cap. 25.

In tribus placitum est spiritui meo qua sunt probata coram Deo & hominibus, Concordia fratrum, & amor proximarum, & vir & mulier sibi bene consentientes.

Item eod. cap.

Beatus qui habitat cum muliere sensata.

Paul. 1. Corinth. 7.

Reliquum est: ut & qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est sollicitus, est qua Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat vxori & diuisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat qua Domini sunt, vt sit corpore sancta & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, qua sunt mundi, quomodo placeat viro.

PIO